



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

In Orationem Fvnebrem Io. Iacobi Bvccardi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

IN ORATIONEM FVNEBREM
 IO. IACOBI BVCCARDI
 habitam Romæ in morte Nicolai Claudij
 Fabricij Perefciij.

ATerne in Vrbis luce, confessu Patrum
 Fauente, Romano ore cultuq; exequi
 Potuisse laudes plurimas & maximas
 Extincti acerbo funere, heu, Perefciij,
 Buccarde, res est magna, factuq; ardua:
 Sed, quâ executus ipse, praeclaram, auream
 Orationem efferre qui possit satis,
 Rem magnam & is praestiterit, ac perarduam.

IN PANGLOSSIAM
 de laudibus eiusdem ab eodem Buccardo
 collectam.

Quod nomen laudessq; tui celebrare Perefci
 Institerunt variæ linguis longo ordine gentes,
 Nobilitas, virtusq; viri, & benefacta reposcunt
 Æterna, Oceanum ad geminum dispersa per orbem.
 At pariter bene quod celebrant, laudantq; disertè,
 Laus, Buccarde, tua est: tua enim facundia primùm
 XI

Emicuit;

APO
 Emicuit;
 Deflesti e
 Quæ circ
 Assonat

F E L
 N A

V Idi
 Mortalis g
 Cùm p
 Vana tam
 Pace tu
 Perlege N
 Carmin
 Teq; imm
 Laudib

Emicuit; vitamq; & grandia facta secutus
Deflesti egregij casum miseratus amici:
Quæ circum accipiens longè exaudita, resultans
Assonat, ingeniumq; tuum sibi vendicat Orbis.

A D

FELICEM ZACHIAM,
NATALIS RONDININI
defuncti matrem.

V Idit ut ereptum properato funere natum,
Flebitibus immoto pectore mater ait:
Mortalis genui mortalem, animoq; supremum,
Cùm peperi, occurrit tempus & atra dies.
Vana tamen ratio, & rerum te fallit imago,
Pace tuâ liceat dicere, docta parens.
Perlege NATALEM celebrantûm carmina, in euum
Carmina diuinis edita ab ingenii:
Teq; immortalem nati de nomine, & illum
Laudibus eternum vivere nosce suis.

C

SO-